



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

que multos alios operatur effect<sup>o</sup>, de quibus vide *Speculat. h. t. §. pen: & fin:*

5. Controversum est, an lite non contestata ad testium receptionem, aut sententiam definitivam procedi possit? Non potest regulariter, quia cum litis contestatio sit veluti basis, ac angularis lapis. *Baldus in cap: cit. unico. h. t. judicarii ordinis, neq; ante litis contestationem causa principalis in judicium deducta dicatur, nihilq; petitum cap: accedens. §. cum igitur h. t. consequens est, ut nihil etiam sit, super quo testes accipi possint, aut sup quo lite non contestata. Judex sententiam ferre queat, ut proinde lata, ipso jure nulla sit. cit: cap: accedens. Neq; hinc inferes preberi occasionem reo, impediendi proterve quamlibet litis contestationem ac juris processum: quia si tribus edictis propositis, vel uno peremptorio, malitiose, legitimè citat<sup>o</sup>, non compareat; tanquam contra contumacem, actor mittitur in possessionem bonorum rei petitæ. L. contumacia §. contumax. ff. de rejud: Trident: c. 3. §. in causis sess: 25. His verò si reus careat, excommunicationis gladio plecti poterit,*

G 5, colli-

colligitur ex cap. 1. in fine cap. tuae fraternitati. h. t. Dixi regulariter, quia fallit dicta regula, non tantum quando lite non contestata reus est contumax, sed etiam in aliis casibus, qui notantur à Gl: in cap. quoniam frequenter §. porrò in ver. regulariter. h. t. Primo v.g. quando super fœdere matrimonii spiritualis (quale est inter Prælatum & Ecclesiam) aut carnalis, contractis aut contrahendis quæstio movetur contra reum contumacem: lite non contestatā testes recipiuntur Secundò quando agitur per viam inquisitionis. cit. cap. quoniam. Tertiò, quando timetur de morte aut diuturnâ absentia testimoniū sive re⁹ sit contumax, sive etiam absens absq; malitia, ut conveniri non possit, possunt instantे auctore, ille non contestatā testes recipi super Judice rei cap. quoniam cit. in princ. h. t. cap. cum olim de test: Gail: obs: 92. 93. 94. lib: 1. idem⁹ est, si timeatur subornatio testiū, & quod propter moram variabunt fidem suam. cap. quoniam. & ibi. Gl: in ver. subtrahatur. & ibid. Panor. lib. 3. n. 6. §. duæ ff de carb. edic. aut si periculum oblivionis ob senium v. g. iminet. arg: L. hac consultissima. §. at cum huma-

humana C. qui testament: fac. pos. Quartò, quando proceditur ad sentētiā non definitivam, sed interlocutoriam. Abb: in rub. huius tit. Quintò in causis criminalibus ci- viliter intentatis, non autem criminaliter: quia in criminalibus probationes debent esse liquidissimæ & strictissimæ, nec ampliatæ. L. ult: C. de reprob. & in executioni- bus pœnarum, cessat favor. L. auxilium in princ. ff. de minor. cù magatur de gravissi- mo præjudicio, & satius sit nocentem ab- solvere quam innocentem condemnare. L. absentem. ff de pœnis. & hi ferè casus sunt frequentiores, in quibus absq; litis con- testatione ad testium receptionem, & sen- tentiam definitivam procedere licet.

## TITULUS VII.

### DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

#### C A S U S.

**J**acobus Patavinus cognomento Grandis, dum cuiusdam Amici sui causam commendat Iudici; Adversæ Partis procuratorem liberiore lin- guâ contra se plurima loquētem au-

G 6 diit.